Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26830
Copyright: Admont, Benediktinerstift



xxij.

170

conspicimus. ita quacumq; spiritalia illa lumina corporum nrorum circum
feremus incorporeum dm omnia regentem etiam per corpora contuebimur.
Aut quo sic per oculos illos uidebitur ds ut aliquid habeant in tanta excellentia
mentis simile quo et incorporea natura cernatur. quod ullis exemplis siue scrip
turarum testimoniis diuinarum uel difficile est uel impossibile ostendere.
aut quod est ad intelligendum facilius ita ds nobis erit notus atq; conspicuus ut
uideatur spiritu a singulis nobis in singulis nobis. uideatur ab altero in altero.
uideatur in se ipso. uideatur in celo nouo et terra noua. atq; in omni que tunc
fuerit creatura. uideatur et per corpora in omni corpore quocumq; fuerint
spiritalis corporis oculi acie perueniente directi. Patebunt etiam cogitationes
nre inuicem nobis. Tunc enim implebitur quod apls cum dixisset. nolite ante tempus
iudicare. mox addidit quo adusq; ueniat dns qui illuminat abscondita
tenebrarum et manifestabit cogitationes cordium. et tunc laus erit unicuiq;
a deo. Quanta erit illa felicitas ubi nullum erit malum nullum latebit bonum.
Iacabitur di laudibus qui erit omnia in omnibus. Nam quid aliud agatur.
ubi neq; ulla desidia cessabitur. neq; ulla indigentia laborabitur nescio.
Ammoneor etiam scoto cantico. ubi lego uel audio. beati qui habitant in domo
tua in secula seculorum laudabunt te. Omnia membra et uiscera incorruptibilis
corporis que nunc uidemus per usus necessitatis uarios distributa. quo tunc
non erit ipsa necessitas. ~~uarios distributa~~ sed plena certa. secura. sempiterna
felicitas. proficient laudibus di. Omnes quippe illi de quibus sum iam locutus
qui nunc latent armonie corporalis numeri non latebunt. ibi magne
atq; mirabiles uidebuntur rationales mentes in tanti artificis laude ra
tionabilis pulchritudinis delectatione succendent. Qui motus illic ta
lium corporum sint futuri temere definire non audeo. quod ex cogitare
non ualeo. tamen et motus et status sicut ipsa species decens erit qui cumq; erit.
ubi quod non decebit non erit. certe ubi uolet spiritus. ibi erit pronus corpus.
nec uolet aliquid spiritus quod nec spiritum possit decere nec corpus. Vera ibi gloria
erit. ubi laudantis nec errore quisquam nec adulatione laudabitur.
uerus honor qui nulli negabitur digno. nulli deferetur indigno. sed nec
eum ambiget nullus indignus. ubi nullus permittetur esse nisi dignus.
uera pax ubi nichil aduersi nec a se ipso nec ab aliquo quisq; patietur.
Premium uirtutis erit ipse qui uirtutem dedit eisq; se ipsum quo melius
et maius nichil esse promisit. Quid est enim aliud quod per prophetam dixit.
ero illorum ds. et ipsi mihi erunt plebs. nisi ego ero unde sacientur. ego ero
que cumq; ab hominibus honeste desiderantur. et uita. et salus. et uictus.
et copia. et gloria. et pax et omnia bona. Sic enim et illud recte intelli
gitur quod ait apls. ut sit ds omnia in omnibus. Ipse finis erit desideriorum.

intrinsecus et extrinsecus per corporis cuncta disposita quippe cum ceteris rebus que